

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Türkische Texte mit französischer Übersetzung - Cod. St. Märgen 1

[Straßburg?], [um 1720]

Caput primum

[urn:nbn:de:bsz:31-161021](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-161021)

ra, aut *ج* vocali destitutum, mutari *م* *Memnam* Affixorum tertie personæ in *ك* *kesam*, ut *عبد* *âbdihî*, servi, vel servo ejus, *عبدہا* *âbdihimâ*, servi, vel servo eorum, vel earum duarum, *عبدہم* *âbdihim*, servi, vel servo eorum plurium, *عبدہن* *âbdihinne*, servi, vo earum plurium. Sic cum particulis *فہ* *fihî*, in eo, *لہ* *ilejhi*, ad eum, *علہ* *âlejhi*, super eo; cum Affixo autem primæ personæ dicitur *الی* *ilejje*, ad me, *علی* *âlejje*, versùs *ع* contra me, propter rationes supradictas. Aliàs dicitur *لی* *li*, mihi, propter me.

Persis pariter nulla sunt Pronomina possessiva separata, sed vel ipsa primitiva postponunt nomini rei possessæ, constructione substantivi cum substantivo, ut *پدر من* *pederî men*, pater meus, *مادر تو* *mâderî tû*, mater tua, *پسر او* *püserî o*, filius, puerulus ejus, *پدر ما* *pederî mâ*, pater noster, *پدر شما* *pederî şumâ*, pater vester, *پدر ایشان* *pederî isân*, pater illorum, *ع* in Pl. *پسران من* *püserânî men*, filii, pueruli mei, *پسران تو* *püserânî tû*, pueruli tui, &c. Sic pro reciproco in omnibus personis postponunt tantum *خود* *chod*, ipse, ut *پسر خود* *püserî chod*, filius meus, tuus, suus, noster, vester, suus de pluribus, *mein eigener Sohn* / meus ipsius filius, &c. In quo eodem sensu usurpatur etiam *خویش* *chjş*, ipse, &c. Vel utuntur Affixis pro prima nempe persona *م* *em*, ut *پدرم* *pederem*, pater meus, pro secunda *ت* *et*, ut *پدرت* *pederet*, pater tuus, pro tertia *ش* *es*, ut *پدرش* *pederes*, pater ejus, *شاگردانش* *şâgirdânes*, discipuli ejus.

.....

GRAMMATICÆ TURCICÆ

PARS QUARTA

De Verbo.

PRO themate, seu radice Verbi statuemus Infinitivum, licet Imperativus constet omnium paucissimis literis, adeoque possint ab illo facilius formari tempora, &c. Sed malumus in hoc imitari Latinos, aut certè de radice non disputare. Quod enim Nostrates ponunt pro themate Arabicorum, nempe tertiam præteriti personam singularem, Arabes ipsi ac Turcæ tam in Lexicis, quàm Grammaticis ponunt Infinitivum, seu nomen verbale actionis, quod vocant *مصدر* *mestâr*, q. scaturiginem, unde oriuntur tempora Verbi, sicque dividunt capita conjugationum derivatarum, ac dicunt, v. g. *باب تعجيل* *bâbi tef-jîl*, *باب مفاعله* *bâbi müfâ-âle*, pro secunda & tertia conjugatione. Non nego tamen commodius poni pro radice Arabicorum dictam tertiam præteriti, nec ipse à methodo nostrorum in Arabicis discedam, sed Turcica ad normam Latinorum tractemus.

In Verbo considerari solent, genus, species, figura, modus, tempus, persona, numerus, & conjugatio.

CAPUT PRIMUM

De genere, specie & figura Verborum.

Verborum genera sunt apud Turcas Activum & Passivum; Neutrum enim significatione, & Neutro-passivum formâ nihil differunt ab Activis, formantque ex se pariter Passiva saltem in tertiis personis, ut in Latinis nonnunquam contingit. Sed ab uno Activo aut Neutro fiunt alia Activa secunda, seu transitiva in secundum, ut à *سومك* *sewmek*, amare, fit *سودر مک* *sewdürmek*, facere amare, i. e. facere, ut quis amet, quod etiam suum habet passivum, uti omnia alia Verba. Rursus fiunt Verba quædam cooperativa, seu mutuæ ac reciproçæ actionis, quæ aliàs sæpe voco *Reciprocata*, ut ab eodem *سومك* *sewmek*, amare, fit *سوشمك* *sewismek*, amare se mutuò, seu reciprocè, unum alterum. Item alia etiam quodammodo reciproca, sed quorum actio personam agentis non egreditur, ut ab *اوگك* *ögmek*, laudare, fit *اوگنمك* *ögnmek*, laudare se, vel semet-

ipsum; & quia hujusmodi Verba Italis & Gallis dicuntur Reciproca, quæ nimirum *si*, vel *se* habent sibi semper adjuncta: nobis quoque liceat ea Reciproca Personalia, aut Deponentia vocare (habent enim terminationem quodammodo passivam) Et hæc duo Reciprocatum, & Reciprocum seu Deponens generant quoque passiva, & transitiva in secundum. Dicitur enim *سوشدلك* *sewisilmek*, amari mutuò, dari amorem mutuum, & *سوشد* *sewistürmek*, facere se amare mutuò, facere, ut se coament. Sic *اوگند* *ogündürmek*, facere, ut se quis laudet, aut jaçtet, *كیند* *geindürmek*, facere, ut quis se vestiãt, *سوشد* *sewistürmek*, &c. Præterea hæc omnia & singula, immò quotquot sunt in tota lingua Turcica Verba habent sua Negativa, ut *سوشدك* *sewmemek*, non amare, *سوشدك* *sewilmemek*, non amari, *سوشدك* *sewdürmemek*, non facere amare, &c. Et tandem ab his Negativis fiunt verba potentialia Negativa seu Impossibilia (potentialia enim affirmativa non habent separata, ut Hungari) Sic à *سوشدك* *sewmemek*, non amare, fit *سوشدك* *sewememek*, non posse amare, & *سوشدك* *sewilememek*, non posse amari, Doctiores tamen sæpe scribunt *سوشدك* *sewimemek*, pro *sewememek*, non posse amare. Ex quibus potest confici hæc tabula.

Tabula verborum derivativorum Turcicorum.

1. Activum *سوشدك* *sewmeek*, amare.
Cujus Negativum *سوشدك* *sewmemek*, non amare; Impossibile *سوشدك* *sewememek*, non posse amare.
2. Passivum *سوشدك* *sewilmek*, amari.
Cujus Negativum *سوشدك* *sewilmemek*, non amari; Impossibile *سوشدك* *sewilememek*, non posse amari: unde etiam oritur Transitivum *سوشدك* *sewildürmek*, facere amari, facere ut quis ametur.
3. Transitivum in secundum *سوشدك* *sewdürmek*, facere amare, facere ut quis amet.
Cujus Negativum est *سوشدك* *sewdürmemek*, non facere amare, Impossibile *سوشدك* *sewdürememek*, non posse facere amare, non posse facere ut quis amet. Ex hoc etiam fit passivum *سوشدك* *sewdürilmek*, effici, ut quis amet; & hoc pariter habet suum Negativum *سوشدك* *sewdürilmemek*, non effici ut quis amet, & Impossibile, *سوشدك* *sewdürilememek*, non posse fieri ut quis amet. Rara tamen sunt hujusmodi secundaria derivatorum derivativa.
4. Reciprocatum aut cooperativum *سوشدك* *sewisimek*, amare se invicem, aut mutuò.
Cujus Negativum *سوشدك* *sewisimemek*, Impossibile *سوشدك* *sewisememek*, non posse mutuò se amare, & ab hoc fit passivum *سوشدك* *sewisilmek*, amari mutuò, cum suo Negativo & Impossibili. Rursus fit Transitivum *سوشدك* *sewistürmek*, facere se mutuò amare, seu ut se mutuò ament, & hoc habet suum Negativum *سوشدك* *sewistürmemek*, ac Impossibile *سوشدك* *sewistürmemek*, & præterea Passivum *سوشدك* *sewistürilmek*, cum suo pariter Negativo & Impossibili.
5. Reciprocum seu Deponens *سوشدك* *sewinmek*, amare se ipsum.
Cujus Negativum *سوشدك* *sewinmemek*, non amare se ipsum, Impossibile *سوشدك* *sewinilmek*, non posse amare se ipsum, & ab hoc fit Passivum *سوشدك* *sewindürmek*, facere amare se ipsum, seu ut quis se ipsum amet, à quo pariter alia derivativa ut in precedenti.

Non tamen hæc derivativa omnia à verbo quolibet derivantur; ut in hac tabella *سوشدك* *sewinmek* admodum rarò sumitur in illa significatione, amare se, quin etiam potius significat gaudere, letari. Sic non dicitur *سوشدك* *geismek*, vestire se invicem, in quo usum consule.

Quædam etiam Neutra, & alia Activa Passivum in *سوشدك* *inmek* habentia, non faciunt illa reciproca personalia seu deponentia. Nam non dicitur, v. g. *سوشدك* *gidilmek*; sed bene fit passivum impersonale *سوشدك* *gidilmek*, iri, itur, ibatur, &c. ut in Latinis. Sic *سوشدك* *itmek*, facere, non habet ferè nisi Transitivum *سوشدك* *ittürmek*, jubere fieri, *سوشدك* *fare*,

fare, & rariùs ايدشمك *idismek*, facere inter se vel invicem. Pro passivo, quo caret, dicitur اولنمق *olunmak*, fieri; & licet ايدنمك *idinmek* formam habeat Reciproci, est tamen potius Activum & significat *efficere, creare*; اولمق *olmak* quoque *esse*, ut verbum substantivum non habet præter negativa, nam اولنمق *olunmak*, ut dixi, significat *fieri*.

Quomodo autem formentur dicta Derivativa à suo Primitivo, post conjugationem Verborum edocebo.

Præter hæc Derivativa à Verbo Primario habent etiam nonnulla à Nomine derivata in لمك *lemek* Activo-neutra, aut لنمك *lenmek* Neutro-passiva, ut à كسجه *gige*, nox, كسجهلمك *gigelemek*, pernoctare, ab ات *at*, equus, اتلنمق *atlanmak*, equitare, equum conscendere, ab ار *ar* vel اير *ir*, cantio, cantus, ارلامق *arlamak* vel ايرلامق *iralamak*, cantare. Sic à كومش *kümis*, argentum, كومشلمك *kümislemek*, deargentare, ab التون *altun*, aurum, التونلنمق *altunlamak*, quod & بالدزلق *ialdızlamak*, deaurare, à قورشن *kürşün*, plumbum, قورشنلنمق *kürşünlamak*, plumbare, à شبه *şübbe*, dubium, شبهلنمك *şubhelennmek*, dubitare, suspicari, à موم *mum*, cera, موملنمق *mumlamak*, incerare, ab اير *ejer*, ephippium, ايرلنمق *ejerlemek*, ephippio ornare, insternere, q. ephippiare, à باش *baş*, caput, initium, باشلنمق *başlamak*, incipere, à مهر *mühür*, sigillum, مهرلنمق *mühürlemek*, sigillo munire, obsignare, à قوجق *kuçuk*, gremium, ulna, قوجقلنمق *kuçuklamak*, in gremio fovere, amplecti.

Inchoativa nostra latina reddunt aliquando per اولمق *olmak*, ut اخشام اوليور *achşam olyjür*, advesperascit, sic اوليور *olyjür*, incipit esse aut fieri, & maturescit, si v. a. *facendo*, à *maturando*, aut per propria à nomine derivata, ut ab اختيار *yçhtyjär*, senex, اختيارلنمق *yçhtyjärlennmek*, senescere, à زنگين *zengin*, dives, زنگينلنمق *zenginlennmek*, ditescere. Aliàs circumscribunt ea per باشلنمق *başlamak* incipere, cum dativo Infinitivi, ut استمغه باشليور *ıssınmaga başlajür*, vel usit. باشلدي *başladı*, calescit, seu calere cœpit, &c.

Frequentativa etiam circumscribunt per كلك *gelmek*, venire & solere, præposito verbi gerundio in ي *i* vel ا *a*, ut اولي كلك *oly vel ola gelmek* solere, solitum esse, consuescere; aliàs nonnunquam per præsentia in يوم *jürüm*, aut يورجورم *jürüjürüm*, ut يورجورم *urijürüm*, pulso. Dicunt etiam واروب كلك *warüp gelmek*, frequentare, q. ire & venire.

Meditativa variè circumscribunt, v. g. قرنم لچدر *karnüm actür*, vel لچددي *karnüm ağıkty*, vel simpliciter لچ ايم *acim*, vel اشتهاهم واردر *ıstihām wārdür*, aut, ut vulgus اشتهاهم واردر *ıstihām wārdür*, esurio, q. venter meus est famelicus, appetitum habeo, &c. صوسدم *susadüm*, صوسرايم *susrazim*, sitio, وار *ujukum war*, dormituro, es schläffert mich / Ho sonno, i'ay lommeil, spácmi sie chee. Aliquando per futurum verbi, ut واردر *ıseğegüm wārdür*, vel usit. ایشچكم كلك *ıseğegüm geldy*, mincturio, Gall. i'ay enuie ou besoin de pisser. Aliàs sæpe id reddunt per استر *ıster*, seu *de verbo ad verbum*, cor meum cupit hoc aut illud facere, Ho voglia, mi vien voglia di. Gal. l'ay envie de. Pol. Chce mi sie / albo záchciało mi sie to a to czynić / c.

Adde multa auxiliaria, quibus utuntur ad supplenda aut formanda tempora, ut est præcipuè verbum substantivum, cujus infra conjugationem habebis, vel certè ad utendum nominibus actionum seu Infinitivis Arabicis, ut sunt ايتمك *itmek*, ايلك *ejlemek*, قلك *kylmak*, facere, præstare, & civiliùs ad Superiores loquendo in eadem tamen significatione, رعايت ايتمك ايلك قلك بيورمق *ry-âjet itmek, ejlemek, kylmak, bujurmak*, observare, honorare, q. honorationem præstare, sic تشريف بيورك *teşrif bujürün*, honorate, condecorate, nobilitate, beate, q. condecorationem præstare, quod sæpe etiam significat Visitate me, si *compiaccia di*, &c. Horum autem passivum ut plurimum est اولنمق *olunmak*, قلىنمق *kylynmak*, بيورلنمق *bujurylmak*, fieri, aut si nomina sunt adjectiva, aut certè participia, quibus hæc verba adduntur, passivum erit اولمق *olmak*, ut حاضر ايتمك *hâzyr itmek*, parare seu paratum reddere, Pass. حاضر اولمق *hâzyr olmak*, parari, paratum esse & fieri. Et quidem sæpe tertia persona passivi usitatissimè ponitur loco cujusvis personæ activi, præsertim in libris & Literis, ut سوال اولنورسه *süal olunurşa*, si quærat, si fiat interrogatio, pro si tu, vel, ut loquimur, Dominatio tua Illustrissima quærat aut interroget, &c.

Alia auxiliaria sunt اولاق *olmak*, esse, & fieri, quod addunt Participiis Arabicis, ut صادر اولاق *sādyr olmak*, q. esse procedentem, prodeuntem, i. e. prodire, emanare, idem quod صدور اولاق *sudūr bulmak*, q. facere emanationem, emanare, prodire. Sic ظاهر اولاق *zāhyr olmak*, ظهور ايتمك *zuhūr itmek*, prodire, patefieri, ostendi, بولاق *bulmak*, invenire, كلمك *gelmek*, venire, ut وجود بولاق *wügiüd bulmak*, q. existentiam invenire, & وجوده كلمك *wügiüde gelmek*, prodire in lucem, existere, q. ad existentiam venire. گۆسترتمك *göstermek*, ostendere, commonstrare, ut التفات كوسترتمك *iltifat göstermek*, i. q. التفات ايتمك *iltifat etmek*, æstimare, q. facere aut ostendere æstimationem, far stima, mostrar stima, far dimostrazione distima. يكم *jemek*, comedere, vorare, ut غم يكم *ghem yemek*, mærorem comedere, pro pati. Sic طبانجه يكم *tabangia yemek*, alapam accipere, pati, & hoc tantum in similibus ictibus; alias dicitur چكك *cekmek*, pati. ايتيمك *icmek*, bibere, est etiam auxiliare in اند ايتيمك *and icmek*, jurare, q. juramentum bibere aut deglutire, ut è contra اند ويرمك *and wirmek*, adjurare, scongiurare, q. juramentum dare, offerre, h. e. sub juramento aliquem obligare ad aliquid. Rursum گورمك *görmek*, videre, pro præstare, agere ac recipere, ut رعایت كورمك *ry-âjet görmek*, recipere honorem, honore affici, q. esset passivum گۆسترتمك *göstermek*. Sic ايلك *eilik görmek*, beneficium accipere; alias ايش كورمك *is görmek*, rem agere, tractare, & opus perficere. بلك *bilmek* autem, scire, pro posse, ويرمك *wirmek*, dare, porrigere, & يورمك *jürmek*, incedere, quomodo auxiliatur significationi Verborum, explicabitur in Conjugationibus.

Verbis compositis carent Turcæ, nisi, quæ hucusque specificavimus, composita vocare velis, quod liberum tibi relinquo.

¶ Verbum Arabicis dicitur فعل *fi-l*, q. actio, partium orationis prima; volunt enim Nomina à Verbo derivari, & non è contra, ideoque ponunt pro radice omnium vocum tertiam personam singularem masculinam præteriti temporis, tanquam primam Verbi vocem, & in qua sola sunt literæ radicales. Radix autem dicitur اصل *asyl*, & literæ eam componentes dicuntur اصلية *aslyje*, radicales, quibus quæ adjiciuntur ad formationem aliorum verborum aut temporum, vocantur Serviles aut Accidentales.

Cum autem Radix seu tertia præteriti singularis masculina, paucioribus quàm tribus, ut in نصر *nasere*, adjuvit, مد *medde*, extendit, & pluribus quàm quatuor, ut in دحرج *daherje*, volvit, غرغر *gharghere*, fefellit, nequeat constare literis, primum vocatur ثلاثي *sülasi*, trilaterum; alterum رباعي *rubā-y*, quadrilaterum.

Ex illa autem radice Verbi unius trilateri pullulant rami, seu Verba derivativa certis literis characteristicis affecta, quæ in tres classes dividi possunt, quarum prima continet formata à radice adjectione unius, secunda duarum, tertia trium literarum; & has species Verborum derivativorum vocant Erpenius, Golius, Castellus aliique Conjugationes, ita ut Verbi trilateri simplicis omnique caractere destituti radix dicatur illis prima Conjugatio, quæ sequuntur secunda, tertia, &c. derivativorum, hoc ordine, 1. فعل *fe-â-le*, 2. فعل *fe-â-le*, 3. فاعل *fâ-â-le*, 4. افعل *ef-â-le*, 5. تفعل *tefa-â-le*, 6. تفاعل *tefa-â-le*, 7. انفعال *infe-â-le*, 8. افعال *ifte-â-le*, 9. افعال *if-â-le*, 10. استفعال *istef-â-le*, 11. افعال *if-â-le*, 12. افعول *if-âw-â-le*, 13. افعول *if-âw-â-le*.

Ex horum singulis possunt educi aut formari Passiva, unde Verbum genere & terminatione dividitur in Activum & Passivum, quamvis Verba dentur, quæ sub terminatione activa significationem habeant passivam, ut infra videbitur.

In prima ergo Conjugatione, seu primitiva specie, Verba significationem habent simplicem & activam, quam à prima sua origine possident, eamque transitivam, ut كتب *ketebe*, scripsit, vel intransitivam, ut حزن *hezine*, tristatus est; in reliquis verò intentam, seu auctam, vel alio modo mutatam; etsi & in plerisque earum primitivam significationem obtinere possint, maxime ea, quæ in prima Conjugatione sunt inusitata.

Secunda autem فعل *fe-â-le*, & quarta افعل *ef-â-le* ex absolutis formant transitiva, ut حزن *hezene*, & احزن *ahzene*, contristavit; ex transitivis transitiva in secundum, ut à ضرب *zerebe*, verberavit, ضرب *zerrebe*, & اضرب *azrebe*, verberare fecit, seu fecit ut verberetur. Respondentque hæc duo Transitive Turcicis supra explicatis, ut à دوگمك *dögmek*, verberare, دوگدورمك *dögdürmek*, facere verberare.

Tertia

Tertia Conjugatio, seu species فاعل *fā-āle*, & plerumque sexta تفاعل *tefā-āle*, respondent species Turcicorum derivativorum, quæ Reciprocata vocamus, significantque cooperationem & mutuam actionem, ut لاعبوا *lā-ābū*, & تالعبوا *telā-ābū*, Turc. اويناشديلر *ojnāstiler*, colluserunt.

Quinta تفعل *tefe-āle*, septima انفعّل *infe-āle*, & octava افعل *iste-āle* formant absoluta & passiva: quinta quidem & septima à secunda, ut علمت *ālemtūhu we hüwe te-āleme*, docui eum, & ipse doctus fuit, seu didicit, كسرت الإناء فانكسر *kessertül ināe senkesere*, fregi vas & fractum est, id est, sivit se frangi nec restitit mex actioni; octava verò à prima, ut قصرت ذلك فاقصر *kasertü zālike fektāfere*, abbreviavi hoc & abbreviatum est.

Nona افعل *if-āle*, & undecima افعل *if-āle* formant absoluta colorum cum intensione, mediocri quidem prior, vehementiori verò posterior ut اصفر *ysferre*, valde flavus fuit, اصفار *ysfarre*, multò flavissimus fuit: & deformatum verba, ut اضجّم *ysgemme*, & اضجّم *ysgiamme*, ore distorto fuit.

Decima استفعل *istef-āle* petitionem designat, ut استغفر *isteghfere*, veniam delicti petiit, & غفر *ghafere*, remisit, استطعم *istat-ēme*, cibum petiit, clurivit, & طعم *ta-ēme*, edit, gustavit, & hæc sæpe respondent nostris Meditativis.

Due ultima, quæ rarissima sunt, significationem intendunt, ut اخشوشن *ychšewš-ne*, valde asper fuit, & خشن *chšüne*, asper fuit, اعلوط *y-lewwata*, fortiter adhæsit, ab علط *ēlete*, adhæsit.

Non raro tamen conjugationes derivativæ, maxime quarta, quinta, octava, & decima aliter accipiuntur, quod usu discendum, & ex dictionariis: sicut & in quibus conjugationibus quodque verbum usitatum sit: non enim qualibet radix in qualibet conjugatione occurrit. Multa, ut apud Hebræos, in una solùm conjugatione usurpantur; multa in pluribus; nulla in omnibus.

Quadrilitera autem verba quatuor solùm agnoscunt conjugationes, quarum prima prima, secunda quinta, tertia septima, quarta nona trilaterorum respondet, suntque 1. فعلل *fe-lele*, 2. تفعلل *tefe-lele*, 3. افعلل *if-ālele*, 4. افعلل *if-ālele*, ut درج *derbahā*, inclinavit caput, ترهوك *terehweke*, superbivit, اهرجم *yhregeme*, tumultuatus fuit, اقشعر *yksē-erre*, horripilavit.

Malim ego quoque cum Erpenio & nonnullis Arabum Grammaticis ad tertiam افعلل *if-ālele* reducere افعسس *if-ēnsēse*, pectus egrediens habuit, اسلنقى *islenkā*, pronus cubuit, quàm cum aliis eorum causâ particulares trilaterorum constituere conjugationes.

Verba Persis à genere sunt Transitiva seu Activa, ut دیدن *diden*, videre, vel Intransitiva seu neutra, ut مردن *mürden*, mori, vel Passiva, ut کردیدن *kerdiden*, fieri, شدن *suden*, fieri, esse, vel Communia id est Activa simul & Passiva, ut خستن *chæsten*, vulnerare & vulnerari, آمدن *āmāden vel amūden*, parare & parari, کشادن *kūsāden*, aperire & aperiiri, نمودن *nūmūden*, ostendere & apparere, آموختن *āmūchten*, docere & discere, آمیختن *āmīchten*, miscere & misceri, &c. Eodem tamen modo in utraque significatione conjugantur.

Derivativa habent multa & varia. Ab Imperativo fiunt multa Infinitivum facientia in یدن *iden* ejusdem significationis cum primitivis, ut ab آمیختن *āmīchten*, miscere, Imperat. آمیز *āmiz*, misce, fit آمیزیدن *āmiziden*, miscere. Sic ab آموختن *āmūchten*, discere vel docere, Imper. آموز *āmūz*, discere, آموزیدن *āmūziden*, discere vel docere, à گستن *gesten*, saltare, جه *geh*, salta, جهیدن *gehiden*, saltare, ab آمدن *āmeden*, venire, آي *āj*, veni, آیدن *ājiden*, venire, & alia, quæ adfert Ludovicus de Dieu in suis Rudimentis linguæ Turcicæ. Sed ego potiùs dicerem, Verba hæc & hujusmodi esse duplicis terminationis idem significantia; immò illa prima potiùs carere Imperativo, seu, ut vult *idem de Dieu*, Aoristo proprio, adeoque eum mutuari à Verbo secundæ terminationis, quod *de Dieu* vocat Derivativum. Sic etiam me docet سودي *Sūdi* exactissimus linguæ Persicæ Grammaticus & Commentator præcipuorum ejusdem Linguæ librorum, qui, v. g. abstractum آسایش *āsājis*, quies, seu ipsum quiescere, derivari vult & docet, non ab آسودن *āsūden*, quiescere, ut سمعی *sem-y* Commentarius & ipse librorum Persicorum; alique nonnulli, & præcitatus *de Dieu* docent, sed ab آسایدن *āsājiden*, quiescere,

fcere, Verbo secundæ terminationis minimè, ut patet, derivativo. Quod mihi magis confirmat exemplo داری *dārī*, habes, tenes, quod non à داشتن *dāsten*, habere, ut supradicti volunt, sed à دارند *dārīden*, habere, derivari asserit.

Ab his autem Verbis, seu Infinitivis eorum in یدن *īden* desinentibus derivantur alia in آیدن *āīden* desinentia. Arque hæc, si ex intransitivis deriventur, sunt transitiva; si à transitivis, fiunt dupliciter transitiva, seu transitiva in secundum, nostris Turcicis transitivis respondentia, ut à تابیدن *tābīden*, splendere, تابانیدن *tābānīden*, facere splendere, à چریدن *čerīden*, pasci, چرانیدن *čerānīden*, pascere, à جنبیدن *gīūnbīden*, moveri, جنبانیدن *gīūnbānīden*, movere, ab افتیدن *ūftīden*, vel *ūftīden*, افتادن *ūftāden*, cadere, افتانیدن *ūftānīden*, facere cadere, prosternere, آموزیدن *āmūzīden*, discere, آموزانیدن *āmūzānīden*, docere, آیدن *āīden*, venire, آیدانیدن *āīdānīden*, facere venire. Sic à پوشیدن *pūšīden*, induere, پوشانیدن *pūšānīden*, facere induere, چشیدن *česīden*, gustare, چشانیدن *česānīden*, gustandum dare, quod diceret Turca *tatmak*, gustare, طاتردمک *tattūrmak*, gustandum dare.

Habent præterea, ut Turcæ, multa Verba auxiliaria actionibus servientia, ut Verbum substantivum بودن *būden*, esse, de quo infra, کردن *kerden*, facere, & civilius فرمودن *fermūden*, imperare, facere, آوردن *āwerden*, adferre, portare, ut etiam in Turcicis کتورمک *ketūrmak*, ut یاد آوردن *yād āwerden*, recordari, داشتن *dāsten*, habere, pro Turcico *tutmak*, ut دوست داشتن *dost dāsten*, amare, seu pro amico habere, ut Turcis دوست *dost tutmak*, Idem. ساختن *sāchten*, facere, ut روشن ساختن *rūšen sāchten*, illuminare, clarum aut luminosum reddere, خوردن *chorden*, edere, & pati, ut بازی خوردن *bāzī chorden*, fallere, غم خوردن *ghem chorden*, mœrore affici, تیمار خوردن *tīmār chorden*, curare, برهم خوردن *berhem chorden*, expavescere, سوگند خوردن *sewkenđ chorden*, jurare, حیف خوردن *həjf chorden*, indignari, injustitiam pati. Hinc & Participia سال خورده *sāl chorde*, q. qui multos devoravit annos, annosus, تاب خورده *tāb chorde*, dolore affectus. زدن *zeden*, verberare, pro Turc. چالمک *čialmak*, ut بانک زدن *bānk zeden*, vocem edere, clamare, جاروب زدن *gīārūb zeden*, verrere, حرف زدن *herf zeden*, loqui. بردن *būrden*, ferre, ut حسد بردن *hesed būrden*, invidere, Gall. porter envie, envier, اعتقاد بردن *ətikād būrden*, fidem præstare, credere, فرمان بردن *fermān būrden*, obedire, q. ferre & exequi imperium. نمودن *nūmūden*, ostendere, ut التفات نمودن *iltifāt nūmūden*, æstimationem commonstrare, ut Turc. التفات کوسترمک *iltifāt gōstermek*.

Alia auxiliaria passionibus servientia sunt شدن *sūden*, fieri, respondens Turcico اولمک *olmak*, fieri & esse, quod Passivum format subjunctum participio præterito aut passivo cujusque verbi Activi, ut خوانده شدن *chānde vel chūnde sūden*, legi; aut nomini Adjectivo, ut شرمسار شدن *šermesār sūden*, pudescere, زمین بخش شد *zemīn bachš sūd*, terra divisa est, quasi facta est divisio, sic کردیدن *gerdīden*, fieri, ut پرکردیدند *pūr gerdīdend*, impleti sunt غمناک کردید *ghemnāk gerdīd*, contristatus est, seu factus est tristis, تا شناخته کرد *tā šināchte gerded*, ut agnosceretur. Item کشتن *gēsten*, fieri, ut نمودار کشتن *nūmūdār gēsten*, manifestari, مدهوش کشتن *medhūs gēsten*, percelli, پوشیده کشتن *pūšīde gēsten*, obtegi, obvelari, ناپدید کشتن *nāpodīd gēsten*, disparere. یافتن *jāften*, invenire, ut قرار یافتن *karār jāften*, consistentiam invenire, confirmari, stabiliri, statui, concludi, planè ut Turcicum قرار بولمک *karār bulmak*. Sic پرورش یافتن *perwerīs jāften*, educationem invenire, educari. قرار گرفتن *karār girīften*, capere, ut قرار گرفتن *karār girīften*, i. q. قرار یافتن *karār jāften*, aut Turc. قرار بولمک *karār tutmak*, stabiliri, confirmari. آمدن *āmeden*, ut پدید آمدن *pedīd āmeden*, manifestari, وجود آمدن *be wūgīūd āmeden*, in lucem venire, prodire, ut Turc. وجوده کلمک *wūgīūde gēlmek*. دیدن *dīden*, videre, agnoscere, recipere, ut رعایت دیدن *ry-ājet dīden*, recipere honorem, honorari, unde participium, یحسان دیده *yhsān dīde*, beneficio affectus.

Composita habent quædam ex præpositionibus, quæ multis etiam verbis præponuntur solummodo ornatus gratiâ, ut در *der*, quæ uti significat *in*, eandem sæpe significationem verbo adfert, ut در آمدن *der āmeden*, & در شدن *der sūden*, intrare, در کردن *der kerden*, intrò impellere, در آوردن *der āwerden*, intrò portare, inferre, درخواستن *der chāsten*, postulare, velle, i. q. simplex خواستن *chāsten*, دریافتن *der jāften*, invenire, consequi,

qui, & intelligere, mente assequi, ut یافتن *iaften*, invenire, consequi. Sic بر *ber* significans *supra* verbo sæpe dat talem significationem, ut بر آمدن *ber ameden*, ascendere, بر کردن *ber kerden*, attollere, auferre, بر انگیزانیدن *ber engizāniden*, erigere, excitare. Interdum valet nostrum *re* in compositione, ut بر گردیدن *ber gerāiden*, reverti, sic بر گشتن *ber gēsten*, retrocedere, recedere, reverti. Interdum ornatūs gratiā præponitur, ut بر گزیدن *ber gūziden*, eligere, بر آسودن *ber āsūden*, quiescere, بر آشفتن *ber āšūften*, conturbari, indignari, بر انداختن *ber endāchten*, evellere, tollere, بر نشستن *ber nišesten*, confidere, & similia, quæ etiam sine بر *ber* idem ferè significant. باز *bāz* propriè significat *rursus, retro*, & in compositione vim etiam aversionis habere videtur, ut باز داشتن *bāz dāsten*, retrahere, cohibere, impedire, *q. retro habere*, باز گرفتن *bāz guristen*, celare, *q. retro capere*, باز ایستادن *bāz istāden*, cessare, abstinere, *q. retro stare*, باز آمدن *bāz ameden*, reverti, rursus venire. Dicitur & سر آمدن *ser ameden*, advenire, سر دادن *ser dāden*, relegare, وانمودن *wānūmūden*, declarare, ostendere, *ferè ut نمودن* *nūmūd-n*, واپس کردن *wābes kerden* & بس کردن *bes kerden*, satisfacere, solvere, *quasi sufficiens* facere.

CAPUT SECUNDUM

De modis, temporibus, personis, numeris & conjugationibus Verborum in genere.

Modos & Tempora Verborum Turcicorum exhibebo totidem, quot nos habemus in Grammaticis Latinis, nimirum Indicativum, Imperativum (in quo Permissivus) Optativum, Subjunctivum seu Conditionalem (cum quibus Potentialis coincidit) & Infinitivum. Tempora quoque Præsens, Præteritum, Imperfectum, Perfectum, Plusquam perfectum, & Futurum. Addam autem particulares loquendi modos, quibus Turcæ utuntur ad exprimendas actiones, quas per alios Modos exprimere solemus, & hoc fiet in Paradigmatate Verbi *سومک* *sewmeke*, amare, quod in scorsivo Capite inferius exhibebimus, ubi etiam explicabitur formatio singulorum Temporum.

Numeri, ut in Nominibus, ita & in Verbis sunt tantum duo, Singularis, & Pluralis. Personæ autem tres, ut in Latinis, prima, secunda, tertia, abique ulla sexus aut generis distinctione.

Conjugationes statuo duas, licet modicè inter se differentes, Verborum nempe Infinitivum in *مک* *mek* habentium pro prima, eorum autem, quorum Infinitivus exit in *مک* *mak*, pro secunda; quarum discrepantia ex Paradigmatibus patebit. Nec præter has duas in *مک* *mek*, & *مک* *mak* datur alia Infinitivi terminatio.

Quoniam verò Verbum substantivum *اولمک* *olmak*, esse, seu Defectivum *ایم* *im*, sum, auxiliare est ad varia omnium Verborum tempora formanda, ante reliquorum Verborum conjugationes proponam ejus Paradigma tanquam anomali, sicut ob eandem ferè rationes faciam in aliis linguis Arabica & Persica.

¶ Arabes Modos & Tempora simul confundunt, & conjugationem in quinque tantum partes aut capita dividunt, in Tempus præteritum, quod vocant *ماضی* *māzī*; in Futurum *مضارع* *mūzāry* dictum, quod tamen includit etiam tempus præsens ad distinctionem præsentis *حال* *hāl* vel حاضر *bāzr* dictum, & ut Futurum dicitur etiam مستقبل *mūstakbil*; in Imperativum, in Infinitivum, & in Participium.

Præteritum respondet quidem nostro Præterito perfecto Indicativi modi, ut نصر *našere*, adjuvit; sed Verbum substantivum کان *kāne*, fuit, itemque particula لو *lew*, si, in, si, *ان* *izā*, cum ei præposita hanc significationem solent immutare.

کان *kāne* enim sic in Præterito positum importat significationem Præteriti plusquamperfecti Indicativi, ut کان ضرب *kāne zerebe*, verberaverat, *q. dicas* fuit verberavit; planè ut Poloni exprimunt suum Præteritum plusquam perfectum addito był / fuit, był był / verberaverat. Sic كانوا قالوا *kānū kālū*, dixerant, *مویلی* *byli* / *کان* *kāne* *کاد* *emseke*, jam prehenderat, *Туз го бы* *vchwycał*.

لو *lew*, si, id vertit in Subjunctivi, vel Optativi, quod idem est, Præteritum imperfe-